

& amore faucio, resumptis lachrymis ab oculis in sinu pectoris.

Ovid.

Profudit lachrymis, & aperto pectore fovit. Iusta continuationem fletus crescit dilectionis flamma: iuxta doloris intensiorem ab oculis ex corde excutitur unda, qua ignis pravelet; quippe cor lachrymis aperto pectore fovet: & Magdalena pro dolore plorans non tantum plorat lachrymas, sed fecundas lachrymas, ut ingenium fletus depromat ardens voluntas: equidem ut posset diligere multum, amoris fomitem continuavit fletum. Factum est sacrificium voluntarie, contrito in lachrymas corde, & iuge in visceribus permansit dilectionis incendium, fluxu & refluxu fletus ex ipsa fecunditate lachrymarum.

Cur fecunda Magdalena?

Anima vita lachryma. Habac. 1. 14.

Orat. Manat

Luc. 7. 50. Elevat iacentem peccatorem.

Propert.

19 Mortua ergo iacent criminibus corda. Igitur suscitatur lachryma. Lachrymae sunt signa vite infantium; igitur qui caret ploratu, caret spiritu. Aptius signa poenitentium: quandoquidem indicant esset ab oculis lachrymae vitam restitutam cordi. Iam enim vitalis index virtutis, si facies homines sicut pisces maris. Designatur exemplar in lachrymas, & lachrymarum utilitas. Exemplar fletus poenitentium pro peccatis, factio corde mari contritionis. Utilitas pro vita, si plorant, quippe ut pisces aquam extra non respirant. Opem divam designavit Antiquitas in opem infantium plorantium & in tellure iacentium. Vide Chart. in Magna Matre. Altiore intuitu Deus dicitur Deus poenitentium: siquidem nunquam opem renuit, sed e terra levavit, extendens manum, dum hominis poenitentis intuetur fletum. Multis iacentibus Medicus caelestis dixit, Surge: Magdalene verò eius pedibus provolvata dixit, Vade. Nonne iacebat? Utrique, verum poenitens plorabat: & illam non alloquitur inquam, Surge, sed Vad.: non precipit, quod surgat, sed quod abscedat: igitur ut lachrymarum cepit, iam levaverat. Pura exivie, quae multum amans ploravit, & flammam amoris movit, & ignem peccati extinxit. Retorqueatur Profanus lib. 4. Eleg. 4. v. 45. Palladius extinctos si quis mirabitur ignes, Ignosiant: lachrymis spargitur ara meis.

DIDASCALIA V.

Lachrymae memoriae pretiosissima.

Olone lachrymis gignitur, vel aboletur? Est quaedam

fere voluptas. Signane gaudij pectoris vel meroris? Flere in animi laceratione designatur felicitas.

An habet lachrymas magna voluptas?

Senec.

Inquit Thyestes apud Tragicum, v. 966. Fletus levat arumnas, sibi respondet in Troad. v. 764. Apud in communi lachryma, verum minime in fletu stillato à memoria: igitur nullum habet anima levamen, quae à memoria tota transit in dolorem.

Penaque in imagine tota est.

Ovid.

Iuxta vulnus vehementia pater doloris, & vulnus ex virtute sagittam eiuculantis. Unde cum memoria vaieat viribus, pro vulneribus animae excitantibus fletus; vires iacent ista contrata animae acerba ac dira crudelitate memoriz. Causa sub manum, Voluntas animum percussit, quippe admisit deceptionem; intellectus, quoniam non cognovit falsitatem: acrior memoria in tormentis; igitur ingerit dolorem deceptionis & falsitatis. Intellectus erravit circa falsitatis cognitionem, verum accepit cognitionem lumen. Obnubilavit culpa ac illuminavit respicientia. Voluntas concepit amorem, & peperit iniquitatem: sed in pedus percussum apposuit pro medicamine odium. Prosequatur uti caeca crimen; verum dolore praese tulit averfionem. Nulla medicina memoriae vulneri, nisi pati: equidem si contraria oblivio pro refrigerio; ubi praesens memoria, non est oblivio. Anima gravata crimine patitur ab intellectione malum: per deceptionem voluntatis anisit bonum; & ex utroque in memoria coalescit maius tormentum: igitur recordatione anima patitur boni privationem, & etiam mali cruciamen. Si materia circa quam memoria versatur, gaudium atque tristitia proponitur; totum tristitia isthae rationali potentia: equidem gaudium ex boni possessione penitus fugit, & tristitia ex malo praesente manet. Bonum tunc cognoscitur, dum amittitur; at malum, dum sustinetur: unde cum ex crimine amittatur summum bonum, & adveniat summum malum; memoria torquet animam eculo criminis, oppresione laboris & fugae felicitatis.

Memoriae fletus acrior animae vulneri.

Quare praesentiarum poenitentiarum vulnera?

2 Qui ubi pax summa, nimirum in caelo, inquietus, communis hostis tellurem lustravit invidus. Homo, odij cordis scopus, florebat in paradiso felicitate: ille turbulens rumpebatur livore: quare meditabundus, superbia cordis dispersus, soliloquebatur, ut ait Alcimus Avitus lib. 2. Gene. seos, v. 111. Si nequeo clivos iterum conscendere caelos, His quoque claudentur

Alc. Avit.

Tetendit rete ante oculos pennatorum vafre

frè futela: abscondit tendiculas contra infontem, sed non frustra: quandoquidem Adamus (nescio quo numine Seneca in Herc. Oeteo, v. 682. & 691.)

Senec.

Viri sepe damnant uxorem.

Genes.

Malum cognoscitur praesens, bonum absens.

Thren. 1. 16.

Unde lachrymae memoriae peracutae?

Veit. 11.

Cap. 3. 30.

Secum pariter perdidit orbem. Male pensantur magna ruinas.

Ut circumveniret vel caperet virum, usus est coniuge, vel quia femina, vel quia curiosa, vel quia utrumque: non solus, etsi primus, qui per uxorem à demone captus. Proh nefas! Haecine mundi felicitas? Verum utique, Qui sine uxore est, cogitat quae Domini sunt. Timuit Eva primum fulminatam morem, & ut in illam incideret, diabolus textit, atque texuit fraudem: Nequaquam (ait) morte moriemini: & eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Habet serpens mille nocendi artes, in mille modis: igitur dum tot mendacia proposuit, incautam Evam veritate fessellit. Scierunt namque peccatum malum & bonum. Quomodo ergo cognita felicitas, unde humani totius generis miserabilis calamitas? Ex calamitate contracta felicitas claruit amissa. Ex bono resultat gaudij possessio, ex malo patientis maestitudo: & transgredientes divinum latum praecipitum, scierunt bonum & malum; quippe gaudium evanuit, & dolor corde subsedit. Tristitia & gaudium simul nequit haberi, sed potest simul cognosci: & serpens non promisit glomerans fraudem, utriusque coherentiam, sed utriusque cognitionem: unde veritate sedaxit; quos vase altatus fessellit; quoniam scierunt praesens sustinentes malum, quanti erat bonum amissum.

3 In fabula Pandorae notata legis transgressio, & simul amissi boni cognitio, quam videris Tom. 1. Tautolog. 6. à num. 1. Plaudunt gaudia à tergo plorantis: ingruunt mala coram oculis: & torquetur anima vulnerata memoria; quia excutere nequit ab oculis malum praesens, nec consequi quod sequitur à tergo bonum è manibus fugiens. Ego plorans & oculus meus deducens lachrymas. His verbis queritur de tanta calamitate Ieremias: & cum lachrymae cordis minuunt dolorem, poena quam patitur fletu, non invenit similem: imò ne videatur fingere, quia patitur; iudicium alijs relinquatur. O vos omnes (ait) qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus. Dolor gravior, ubi non est subsidium lachrymarum, quae egeritur tormentum: qua ergo lege dolor non invenitur sicut dolor eius, ubi deducens lachrymas plorat oculus? Memoria (respondet) memor ero, & tabescet in me anima mea. Hicne fletus non à dolore, sed à memoria vulneri; ma-

iorque poena dicitur, etiam dum fletus: igitur patitur memor malum ex intellectus errore, atque voluntatis caecitate: & ubi à memoria laesa dolor excitat fletum, lachrymae sunt dolores & non subsidium.

4 Quoniam igitur memoriae tela, ut ita faucietur anima? Malum praesens, bonum absens: & simile ad dolorem nullum invenit tormentum; quia non tantum malum, sed etiam patitur bonum. Recordatur felicitatis, qua Ierusalem sub lege gaudebat: recollit etiam cladem, quam modo propter crimina subibat: unde huius doloris patiens in corde cruciamen, doloris quo recitabatur non excogitavit similem; equidem nullus in acriore gravamine, aequat excessu vulneratae memoriae, animae afflictiae objicienti & molestiam praesentem, & cassam felicitatem. Pende: Memoria memor. Dolore memor, ut constet quantum ex tribulatione dolor: etenim gravis anima poena, dum poena poenae memoria: & pro dolore quo afflictum & affatum lachrymatur, duntaxat memoria exponitur; quippe summus dolor animae memoria amissi gaudij, atque praesentis tristitiae. Patet ex contextu: Memoria (inquit) memor ero, & tabescet in me anima. Iam non dolor, sed memoria urget; ut animam gravissimus dolor fauciet inter summam felicitatem amissam, & summam tribulationem contractam: igitur si aliarum potentiarum vulneribus anima dolet, telo memoriae tabescit.

Summus angor, modo etiam ex bono dolor.

Alij potentia anima dolet, memoria tabescit.

5 Huiusmodi memoria in pectore peccatoris necessaria, ut ab illo arceantur crimina. Recolere debet malum, ut furgens revertatur ad bonum. Congruit utique contemplari gaudium ex gratia, arumnas ex culpa.

Post ignem aetherae domo Subductum, macies, & nova febrium Terris incubuit cobors. Semotique prius tarda necessitas Letbi corripuit gradum.

Horat.

Caelum amittitur vitij, labores emuntur peccatis, equidem pugnat orbis retratum contra insensatum, & conscientiae grave stringitur flagellum. Quid si mors occurrat? In perpetuum moriturus cadet. Si vivit lege, post corporis mortem vivet. In hoc gloria, in illo flamma, & utraque aeterna. Mala debet homo considerare, quae crimine trahit, & bona quae infelicitate amittit: nimirum Deum, summum bonum, quo nihil felicitius ultra, ne labatur in tartara, ubi tortus cognoscet, quam amarum reliquisset Domium. A poenitentia excitatur poena, verum acrior à memoria: si fletus dolorem

Retinaculis ne homo pereat.

indicat, & dolor penam demonstrat; in criminis commissi satisfactionem, memoria signat penitentiam carnificem: etenim si pena doloris lytrum donatur pro culpa, acerbior fletus & dolor à memoria, quam pena.

Pfal.136.1.

6 Super flumina Babylonis (captivi filij Israël inquit amarè) fleuimus. Equivocum est Super: & significat Iuxta, ut diximus alibi; & significat Ultra: q. d. Ultra flumina fleuimus. Planctus utique magnus: equidem si ultra flumina captivorum lachrymatio, facta sanè sicut mare cordis contritio. Veram unde tantus fletus, quòd ultra flumina planctus?

Juvenal.

Mirandum est, unde ille oculis suff. cerit humor.

A memoria profectò, ubi criminis, cause captivitatìs penitudo: Dum record. venemur, aiunt. Non, dum dolore premuntur, sed tantum dom recordantur? Utiq. maior acerbitas à maiore dolore. Acrior dolor maiorem excutit fletum, tanquam penitentiæ signum: memoriamque exhibent pro satisfactione criminis, uti specimen ex fletu vehementis doloris: igitur si pena penitentia ex oculis construxit flumina magna, memoria fecit dolentes lachrymari super flumina.

Memoria peccati fl. tum augt.

7 In deserto sepe deliquit populus, & non audius huiusmodi planctus magnus: imò dura cervice, & incircunciso corde, quamvis conversi (ò infelices! ruitis tutius in crimen, quia fingitis conversionem?) tentaverunt Deum, & sanctum Israël exacerbaverunt. Ita! Et sicca lumina? Et educti à dira servitute? Sanè: Non sunt recordati: minimeque fletu cordis demonstrarunt penitentiam; quippe amiserunt memoriam. De his dicitur: Si introibunt in requiem meam. De illis, Revertentur de terra inimici. Quanta à memoria servitutis felicitas, & quanta ab oblivione calamitas! Equidem averterentur voluptatem criminis, si recordarentur laboris captivitatìs. Perperam in pectus quibet ingredi penitentia, ubi doloris ex peccatis nec memoria. Ex prima captivitate eductis datur supplicium: ex secunda per lachrymas optatum gaudium; igitur facilis culpa, ubi fugiunt memoriam mala praterita: difficillique lapsus in transgressionem, modò memoria repræsentet servitutem. Aptius inflituro. Anima captivatur peccato: vincula sanè dirumpuntur fletu. Quorsum memoria vigor, si fletum elicit dolor? In signum magni doloris, ac ex corde penitentiam: equidem si Deus propiciatur dolori peccantium, atque fovet cor

Pfal. 77. 41.

tentaverunt Deum, & sanctum Israël exacerbaverunt. Ita! Et sicca lumina? Et educti à dira servitute? Sanè: Non sunt recordati: minimeque fletu cordis demonstrarunt penitentiam; quippe amiserunt memoriam.

Vers. 42.

De his dicitur: Si introibunt in requiem meam. De illis, Revertentur de terra inimici.

Psal. 94. 11. 12. 16.

Quanta à memoria servitutis felicitas, & quanta ab oblivione calamitas! Equidem averterentur voluptatem criminis, si recordarentur laboris captivitatìs.

Ex oblivio. ne iteratio peccati.

penitentiam; quippe amiserunt memoriam. De his dicitur: Si introibunt in requiem meam. De illis, Revertentur de terra inimici. Quanta à memoria servitutis felicitas, & quanta ab oblivione calamitas! Equidem averterentur voluptatem criminis, si recordarentur laboris captivitatìs. Perperam in pectus quibet ingredi penitentia, ubi doloris ex peccatis nec memoria. Ex prima captivitate eductis datur supplicium: ex secunda per lachrymas optatum gaudium; igitur facilis culpa, ubi fugiunt memoriam mala praterita: difficillique lapsus in transgressionem, modò memoria repræsentet servitutem. Aptius inflituro. Anima captivatur peccato: vincula sanè dirumpuntur fletu. Quorsum memoria vigor, si fletum elicit dolor? In signum magni doloris, ac ex corde penitentiam: equidem si Deus propiciatur dolori peccantium, atque fovet cor

contritum, non habuerunt quo magis peccati exponerent penam, quam præ dolore laceratam memoriam. Innuvit vulnus, dum cor præ memoria iter. Dum recordaremur tui Sion. Non fletus catenis captivitatìs? Oritur sanè, sed non acrior ex catenis. Hoc utique malum: in Sion totum optabile votum. Hic felices debebant: in Babylonia catenas subibant. Ministrabatur à memoria unde lapsi, & quo ducti: nihil mirum, quòd oculi ultra flumina serent, si memoria recoluerunt summam amissam felicitatem, atque præsentem dirissimam servitutem.

8 In Sion, ubi videtur Deus Deorum, gratia divina signatur: typos peccati in servitute Babylonica ostenditur: si fletu excutitur scelus, prodest à memoria planctus: equidem cum hæc obijciat, tanquam speculum animæ, gratia libertatem & peccati servitutem; ultra flumina lachrymantur oculi utriusque status specie: quippequam dolet cordis anima de amissa divina gratia, atque contracta iniquitate miseria. Quòd ruerunt, quis perdidit, qua vita sequatur.

Qua fuerit, tristis mentem conlatio vexat.

Ut ait Marius Victor lib. 1. Genes. 537. igitur si à memoria dolore excutitur fletus, duplex in anima vulnus. Duplex enim illorum (inquit Sapiens) acceptat te Altum, & gemitus cum memoria prateritorum. In Ægypto tempore Ioseph fratres vixerunt felices, postque gemebant sub iugo captivitatìs. Qui felicitatem nunquam novit, nequam desideravit; igitur inferius cadere nequit, qui in terra iacet. Infelicissimum profectò infortunij genus est fuisse felicem; siquidem premit quid in culmine fuerit, & quòd corrui: duplexque exponitur ruina prateritorum memoria; ut vehementius à memoria torqueatur anima; quandoquidem & patitur penarum amaritudinem, & amittit pridem cognitam dulcedinem. Gemitus designatur & duplex, ut vulnus animæ vehemens. Ad quid igitur memoria prateritorum, quando pena à corde duplicem excitat fletum? Non esset duplex, ni memoria dolorem excitaret. Memoria est rationalis facultas, qua recognoscimus res cognitatas: equidem obiecti non meminimus, quòd primo non cognoscimus. Huiusmodi potentia non tam fertur circa obiectum prateritum, quam circa obiecti cognitionem prateritam: sic igitur alienius speciei sit memoria, licet adhuc sit præfens vel futura; quantum cognitionem illius recolimus, quam pridem habuimus. Modò constat quam copiosa lachryma, ubi fletus & gemitus à memo-

Maior d. lor. i memoria quam à pena.

Quomodo à memoriis. duplex vulnus in anima?

Mar. Victor

Sap. 11. 13.

Quid sit Memoria?

Remo vult vulnus quod confecti insellatum.

Ob. Ven.

moria, non tantum ab amissione boni, & malo urgente, sed ab utriusque geminata cognitione: equidem si à cognitione ingritur gemitus à memoria repetita, duplex insigetur vulnus. Unde duplex culpa infer turæ dium, dolore flumen excitante lachrymarum memoria prateritorum; quoniam vulnus super vulnus peccatorum addiderunt: igitur in anima cognitionis vulnera, novo scalp pro cognitionis exulceravit memoria.

Lugiter hoc ferit illa, facitque in vulnere vulnus.

Iugiter, quippe iugis dolor, ubi ex recordatione pectoris oritur angor: quandoquidem memoria reitricuit vulnus, quod confecti intellectus.

9 Aliqui legunt: Duplex dolor, fletus memoriarum prateritarum. Vide Maluend. & Lorinum. Si memoria astruitur sanè prateriti, ut quid memoria memoriæ? Ut dolore augeantur lachrymæ. Memoria non solum est vulneris, sed novi causa doloris. Unde si à penitentia dolore abluatur delictum; memoria memoriarum aptè adhibetur in fletum: igitur abundantior ab oculis fluit lachryma, modò vulnera addantur supra penitentia vulnera. His vulneribus memoriæ sanantur vulnera animæ: per fletum fletus adimitur, dolor dolore levatur: additurque memoria memoriarum prateritarum, in lachrymarum subsidium; quippequam non habet anima quo magis explicet peccatorum penitudinem, quam iteratam à fletu vulnerum recordationem. Appositus propositus. Memoria dicitur thesaurus prateritorum, ut prateritorum. Hinc maior dolor in animo ex memoriæ acuto telo: etenim si prateritum, ut prateritum, malum insuit in penæ solamen, præfens in cordis dolorem; in abundantior pro crimine planctum, fruit altata memoria uti præfens quod prateritum.

Cur memoriæ in vulnus animæ?

Psal. 50. 5

10 Peccatum meum contra me (alij coram me) est semper: penitens inquit David. Difficile captu, quando dixit ei Nathan: Dominus transfudit peccatum tuum. 2. Reg. 12. 13. Si crimen iam indultum, ergo prateritum: carnati uti præfens coram oculis expositum? Ut magis fleret, ac dolorem indicaret: igitur si à memoria abundans lachryma; culpa praterita indulta nunquam expuncta à memoria. Præfens malum extrahit dolere fletum à fonte oculorum, Siccant utique lumina mala praterita; quippe minime tacta à corde, sed à memoria: corque David penitentis memoriæ tangitur, quamvis peccatum transferretur, munere in-

Quomodo peccatum præfens, si prateritum?

verso memoriæ; ut fletus cresceret magna cordis penitudine: equidem cruciamen instruit magnum, si prateritum inferitur tanquam præfens in cordolium. Peccatum David cognoscit, & peccatum coram habet: illud est intelligentiæ, hoc munus datum memoriæ: memoriæque cognitione lachrymantis iteratur; ut semper peccato coram, semper pectus lachrymetur: igitur non semper penitens fleret, modò à memoria expulisset.

11 Hinc constat differentia lachrymarum inter penitentes David & Ierusalem. Huius lachrymas describit lamentatio Ieremix: Plorans ploravit in nocte. Illius ipse: Fuerunt mihi lachrymæ meæ die ac nocte. Id est, semper. Quare igitur Ierusalem captiva fletum disingit, & David è fonte oculorum continuo lachrymas elicit? Parvi pretij fletus captivæ Ierusalem præ momentis lachrymarum penitentis David. Illa plorabat captivitatem; David crimen: suspicioque patet puncti cordis penitentia, qua ploratur captivitas & non causa. Fons est oculus, lachrymarum largus, sed reptibilis plenus, qui intuitu recto poterat esse purus, & offenso, ut gratiam conferret, gratus. Lucan. 9. de Bell. civil. v. 607.

Inventus medijs fons unus arenis, Largus aqua, sed quem serpentum turba tenebat.

Vix capiente loco.

Non à Deo pena immititur, ut ploretur, sed ut illa cor excitatum, excitata etiam memoriæ, deploret culpam, à qua & per quam studio immitterit pena. Causa captivitatìs fuit Dei offensa transgressionem legis: hæc ploranda acerbitate continui doloris: discontinuaturque fletus, ubi penæ duntaxat spectatur intuitus; quippe nonnunquam lachrymarum dolore; qui dolet dolore culpa, & piget divinx offensa. Videris. Lachrymæ die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus? Absentiam indicat vox. Deus habitat cum hominibus per gratiam, abest per culpam: nocteque & die videtur in oculis lachrymatio, ubi interrogatur penitens de amisso Deo; quia lachrymis penitentis semper ploranda absentia Deitatis.

12 Mulier quid ploras? dixerunt Angeli exeunti de sepulchro Christi lachrymose Magdalenz. Tanta calamitas.

Et tu me lachrymas fundere amice vides? Quid ploras? Nonne cor movet dignissimè in planctum, anxie querere, & non invenisse Deum? Quid ploras? Quid non ploras, cuncta resoluta in lachrymas? equidem totum meretur è corde fletum, amissile summum

Thren. 1. 2. Psal. 41. 4.

Que infelix lachryma?

Lucan.

Ibid.

Semper ploranda Deitatis absentia.

Ioan. 20. 13

Propert.

mum bonum. Amittitur, & planctus ab Angelis prohibetur; ut constet hominibus quantum damnatum, amissis peccato bonum summum: igitur non est fletus in huiusmodi lachrymas. Perseverabat in illa memoria mortui, atque presentia absentia: equidem homines non lachrymantur; quia amissa felicitatis statim obliuiscuntur. Tibi Dominus mortuus, & quiescit peccatus? Tanti absentia sustinet quietem, quin aliquantulum existit compunctionem? Patet lethifomniferà quiete, quod iaceas mortuus à corde: etenim non ita in damnatum proprium iaceres, si damnatum considerares. Plorat ergo Magdalena aspiciens mortuum in ligno: verum quia non videt in sepulchro? Et merito. *Nescio* (ait) *ubi posuerunt eum*. Nullus scitus maior anime, quam absentia dilecti: ploratque amplius Magdalena, dum videt sepulchrum vacuum, quam videns dilectum cruce suspensum; ut discant homines fletum amittentes peccato bonum summum: quandoquidem anime summum debet excitare dolorem, Deum cogitare propter offensas absentes. Quantum cruciamentum, si à centro cordis, quàm tantum premit absentia cadaveris! Nil mirum, quod tota in lachrymas fluat; dum dilectum non spectat; igitur summa tristitia pectoris, corde percusso crimine absentia divinitatis.

13 Aliud, ni fallor, latet in Magdalene singulari fletu. Iam ergo Magdalene remissa culpa: quorsum lachryma & copiosa? Quò Ergo *redundantes lachrymas & anhela parumper?*

Quaritur amatum, & queritur, quippe nescit ubi posuerunt eum. Huiusmodi ignorantia Dei à corde præsignatur absentia, atque lachrymarum gloria. Est in quolibet gravi crimine per absentiam Deitatis onus gravissimum servitutis. Creperum est in fletu, an anima ploret servitutem, vel Deum offensum absentem; equidem lachrymatio potest oriri ab utroque principio. Dum penitens est in Dei amicitia, minimè suspecta lachryma: Magdalenaque plorat, dum absentia cadaveris offensam indultam excitat; quippe amorem lachrymans ostendit penitens cor, ubi flet gratia, quod pridem fuit in inimicitia Dei.

*Plora, si sapias, à puella, plora. Ride, si sapias, à puella, ride.*

Hoc est *Nocte & die*, quò Davidis lachryme. Nox indicat culpam tenebras, die gratia præsignatur claritas. Semper planctus: se qui die, pretiosus: igitur magni momenti, ex

Quam dignum!

Hæret crimini qui damnatum non recogitat corde.

Mantuan.

Magdalena lachryma, cur celo gratissima?

Martial.

Vbi supr.

dolore sine dolore neque vulnere plorare: In nocte lachrymarum innuitur, animam Dei in inimicitia esse: in die, non esse, sed fuisse: & cum memoria excitet, quanti constet nunquam à Deo inimicitia removeris; David penitens lachrymatur nocte & die: igitur amor demonstratur pretiosissimis lachrymis (quibus penitendo cordis) ex eo quòd fuisse in odio Dei saltem unico momento temporis.

14 Intuitus lachrymarum deprimit, vel elevat fletum: siquidem etiam ex dolore lachrymarum speciem; magnum emicat discrimen, si plorat amor, vel si plorat dolor: quoniam summa fletus distantia de malo invento, vel de bono amisso. Hinc lachryma Ierusalem duntaxat nocte: Davidis semper: quippe quàm cum gratia amissa per consensum criminis, moveat copiam lachrymarum è fonte cordis; illa plorat nocte, quia plorat peccati penam: & ille semper, quia plorat gratiam amissam. Unde ergo in Davide lachrymarum ubertas; ac in dolore Ierusalem tanta siccitas? Ex defectu, vel suggestione memoria. Adhuc cum fordes haberet, *plorans ploravit in nocte, nec recordata est finis sui*. Davidis lachryma nocte & die, sed beneficio memorie: *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam*: Thren. 1. 2. Plal. 41. 4.

Discrimen lachrymarum amoris, & doloris.

Thren. 1. 2. Plal. 41. 4.

Opti me lachryma ex crimine tempore, & non ex crimine.

15 Quomodo ergo lachrymabitur ritè, etiam lachrymetur crimen, qui à memoria non extorquet vel levem recognitionem? Plorat Ierusalem, & non plorat fletu cordis, quia non est recordata finis. Recordatur doloris,

Ut anima sanetur lachrymis: non pervertentibus lachrymarum finis.

Pl. 41. 5.

Propert.

Gloriose lachrymæ quæ?

Pl. 75. 11.

Ierem. 9. 1.

Unde copiosæ?

Luc. 19. 41.

Ioan. 11. 35.

Hebr. 5. 7.

& finis non recordatur profusus lachrymis: manetque in nocte culpa, vel plorans nocte; quia semper urgent pondera vinculis criminum, si finis ab oblivione retorquetur lachrymarum. Dependet in hocce statu intellectiva memoria à sensitiva. Species que sunt in intellectiva, nunquam deficiunt, tamen defectu sensitivæ, utpote corruptibilis, intereunt. Vide Galtruchium in *Physic. præfatio*. Tract. 4. disp. 2. cap. 3. Unde quantvis lachrymetur, nullo modo in criminis remissionem lachrymetur; quia in nocte culpæ fletus pervertitur finis, propter memoria sensitivæ corruptibilis species. E contra accidit Davidi, ubi lachryma memoriæ eliciuntur die ac nocte. Observa: *Hæc recordata* (ait) *transibo in locum tabernaculi admirabilis*. Non est oblitus lachrymarum finis: igitur per cordis planctum plorans penetravit cælum.

— *Lachrymas vidimus ire Deo.*

Nocte & die. Ploravit nocte culpæ: plorat etiam die gratia: adhaesit species intellectivæ memoriæ: transiitque in locum tabernaculi admirabilis; quia finem fletus sensuales non depravat species: igitur si nocte plorat ob culpæ tristitiam, gaudium lachrymatur die propter restitutam gratiam. Memoria non est cognitio, sed recognitio, uti cogitationis in cogitationis reflexio: reliquæ obiecti cognitæ, denuò cognitioni obiecti. Unde cum rectus lachrymarum finis gaudio duat in locum tabernaculi admirabilis; constat pretiosissima lachryma, quam excuserit memoria: quandoquidem agent festum reliquæ cogitationum. Nocte & die plorat David. Unde humor tantus in fletum? Accepit mutuum. Non novum: equidem Ieremias ut ploret calamitatem, uti debet; lachrymas alienas poscit. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum*. & *plorabo?* quippe non sat lachrymis memoria criminis, nisi sumantur ex omnium plorantium oculis. Ab intellectiva penitenti memoria oritur huiusmodi sensitiva lachryma, & lachrymarum industria: igitur ut ritè peccatum ploret, à plorantibus simul lachrymas rapit.

16 Apodosis, seu collatio diversarum lachrymarum exponenda, ut eluceat furtum fletus à memoria. Lachrymas, quas Ierusalem non fleverat, Christus plorat: *Videns civitatem flevit*. Lachrymas Magdalena flevit etiam fratris morte: *Lachrymatus est Iesus*. Piarum lachrymæ mulierum etiam excitantur planctum. *Cum clamore valido & lachrymis*. Semper igitur quò lachryma, plorat Christus: verum non plorat, quando

lachrymatur Petrus. Si in alijs tractibus, quia miserabiles, plorat; qua causa in Petri ruina oculus à fletu cessat? Quia Petrus plorat: *Petrus flevit*. Etiam alij, dum lachrymatur ipse: imò flet, quia lachrymatur alij. Quò ergo fugit, Petro fletu, fletus Christi? In oculos Petri. Peccatum posebat planctus, sed *recordatus est Petrus*. Fletum Petri infidæ defectiois excitavit memoria, & Christo incipiente flere, fugit lachryma; quia lachrymas, ut lubitò ploraret memoria Petri, violentissime rapuit ab oculis Christi. Ex lachrymis Ierusalem, & situ illarum, eluceat furtum luminum per memoriam artificium. *Plorans ploravit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius*. In maxillis patet lachrymæ? Uti que: deficit culpa memoria, equidem lachrymatur: & ubi recordationis defectus, in maxillis sedet insigne planctus; siquidem si esset memoria, ut magis fletet, & doleret magis, fletum iam fletum evelleret à maxillis. Sicut oculus non fatiatur visu, alce memoriæ culpside punctus, etiam non fatiatur fletu. Aqua oculorum pota;

*At quò plus pota, plus sitiuntur aqua.*

Quaritur amaritudo cordis in signum amaritudinis, undas; verum

— *Num sitis inter aquas.*

Aspectus Christi cor in oculos pupigit, & commotis visceribus totum effluit. Totus Petrus lachryma; sed flere cupienti exigua plena fluente. *Dumque sitim sedare cupit, sitis altera crevit*. Natabant lumina ebrijs oculis; cæterum

— *In medijs sitiebant ipsas undas.*

Unde Petrus videns lachrymas in oculis Salvatoris, hausit conducens in fontem pectoris, utpote criminis atque amaritudinis fontem; quippe sine illis nequibat plorare usque ad fatietatem. Cur ergo dicitur fletus amarum videbitum *Didasc. seq. n. 29.*

— *Contemplamini alij apud Maluend. Animadvertite, Recolligite, Memores estote & vocate lamen atrices: & assumant super vos lantum: deducant oculi non in lachrymas, & palpebra nostra defluant aquis.* Dicit ita Dominus per Prophetam. Dicere possum ex illo, vers. 12. *Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc?* Si lachrymæ nostræ, quomodo ex præcis, que lachrymæ alienæ? Quare, ut lachrymentur, vocanda, si tunc lachryma non nostra? Exigit à præcis lachrymam; ut, quæ ab illis, non sita fiant. Fluentium lachrymarum ex præcis, erit mirabile in oculis nostris: qua ergo industria? A rapaci memoria: equidem ut ritè ploret anima culpæ, conducit alienas la-

Luc. 22. 62.

Veil. 71.

Industria Petri dolentis criminis non lachrymis.

Thren. 1. 2.

Veil.

Ovid.

Propert.

Ovid.

Lucan.

Non satia tur fletu.

Ierem. 9. 2. veil. 17.

Memoria criminis facit proprias alienas lachrymas.

lachrymas. Plures macule eluendae aqua lachrymarum, verum Ierusalem tantis criminibus non habeat fletum: vocanturque in fletum lamentatrices, ut illarum lachrymae iungantur lachrymis; & fiat iniquitatum purgatio toto possibili fletu. Flenda sane, ut par est, iniquitates: flet proprijs lachrymis cor, at non plorat, ut par est. Flenda utique iniquitates, verum vocanda, ut plorent, lamentatrices: tunc plorate, tuncque memores estote; ut e palpebris decidat lachryma, dolorem criminis excitante memoria: igitur si lachrymis uberibus multo fletu, aboletur peccatorum multitudo; ut sumergatis lachrymis molem multiplicis criminis, rapietis fletum a lachrymantium oculis. Crimen recolligite, quoniam fletus abundans tantum a fonte memoriae, effusus lachrymis adamusum sceleris: equidem tanta offensae non ploratur adequat; quippe non est qui recogitet corde. Estote memores, dum plorant lamentatrices: igitur memoria ut serio ploret, lachrymas ad se trahit, quascumque dolens invenerit.

18 Duo mira mihi occurrunt in passione Domini, fletus scilicet pendens in cruce, & nullus fletus in matre. Fletus filij dicitur a Paulo: *Cum clamore valido & lachrymis*. Non fletus genitricis ab Ambrosio: *Stantem lego, plorantem non lego*. Ita de *Obitu Valentiniani* in medio. Mater plena lachrymis erat, unde dicitur *Lachrymosa*, ut late dicimus *Didasc. 6*. Mirum namque esset, non quod ploraret, sed quod non ploraret: sicut mirum, quod Christus totus in poenas, moribundus, exanguis haberet lachrymas. Qua igitur natura lege lachrymae videntur in pene cadavere, & nullo modo videntur in genitrice? Artificio furacis ingeniosae memoriae. Absorbuit a Virgine lachrymationem, cum vidisset Iesum matrem.

*Amplius* (insit qui dudum lib. 23, in *Luc.*) *solicitude mater na, quam suae mortis aestimata, dolori*. Excitavit memoria matris dolorem, dum e cruce vidit lachrymantem: & lachrymati non potuit, dum filius dolens dolentem & fletentem vidit; quippe tenerimam memoriae tanti doloris, surripuit fletum ab oculis plenis matris. Hic dolor ex amore atque matris solitudine: in qua copiose plorante nullus invenitur luctus; quippe Christus cruce pendens fletu transfudit in pectus.

19 Fractis latronum cruribus, saevitia Iudaeorum Christi non fregit, cum mortuum iam invenisset, sed unus militum lancea latus eius aperuit: *Et continuò exivit sanguis & aqua*. O clementiae magnitudinem! Etiam vulneratibus praebet & sanguinem: cui studio

aqua adiungitur, ut conset homini vulneranti, unde purificetur; quippe sine huius sanguinis aqua, nulla ab homine delerentur crimina. *Exivit sanguis & aqua*, in pectore Christi deposita. Sanguis sane a venis: aqua verum unde? A matris lachrymis. Sciant homines, quanti apud illum lachrymae, cum illas servet in pectore. A matris lachrymis, & in alienis oculis? Ut ploret oculus, habet laticem pectus: imò pectus sanguinem & aquam plorat, quippe cadaver lachrymari nequibat. Non latus, sed oculus fons lachrymarum: & corde Christi invenitur depositum; quia memoria conduxit in sinus pectoris, quem fletum invenit in oculis genitricis. O amoris & doloris recordatio! Lachrymas matris posuit in conspectu suo: equidem quem premebat urens sitis, exspiravit clamore valido & lachrymis.

20 Qui carnem peccati non peccator assumpsit, sicine plorare pro peccato docet: equidem vulnera pectoris, ut curentur, ploranda lachrymis sanguinis. Vulnus in corde lancea factum signat acuitatem culpe: crux, cui fixus, statum poenitentiae: simulque prodeunt e corde compuncto sanguis & aqua, ut cadaveri restitatur gratia vitae: siquidem poenitentia debet omnino erimen, si dolens severit ob vulnera vulneribus sanguinem. Iecirco in situ vulneris, aquae latex sanguinis comes. *Exivit sanguis & aqua*. Si fletus signatur unda; ubi vulnus, ibi fletus, & sanguinis, ut decantur humore vestigia criminis.

*Hac erit a lachrymis facta litura meis*. Succinit Propert. 4. *Eleg. 3. vers. 4.* igitur tunc maior in poenitentia speciositas, si literarum criminis fletus fecerint lituras. *Neve literarum pudeat, qui viderit illas*.

*De lachrymis factas sentiat esse meis*. Videant & confundantur zelantes, cum non viderint maculis speciosis lachrymarum maculas criminum. Amittitur apud iudicem peccati memoriae lachryma: hinc pretiosissima.

*Cur ne placent ulli, si sunt in fletibus orae* *Deperit, & lachrymis non decor iste tibi*

DIDASCALIA VI.

*Iuxta crucem Redemptoris planctus sine planctu Virginis.*

O Quam tristis & afflicta fuit illa benedicta, mater unigenitae pendens, at morientis in cruce!

Clementia Christi quatuor

Lachryma Christi in cruce a matris lachrymis

Ad vulnera pectoris fletus sanguinis

Ubi vulnus ibi fletus

Propert.

Ovid.

E lachryma litura speciosa

Idem.

Hebr. 5. 7. Ambros.

Solitu de Virgini.

Ioan. 19. 26. Ambros.

Dolor a fonte memoriae furatur lachrymas per amorem a dolente.

Ibid. v. 34.

*Interdum ille dolor plus quam lex ulla dolori concessit.*

Non mirum, quod ultra poenam fauciat pectoris poena; dum sine fletu lachrymabatur anima. Domino de seir exeunte, data lege, *Terra mota est, calique ac nubes distillaverunt aquis*, dixit Debora. Vitum expressius cum daretur lex gratiae, quod factam in fulminatione legis scriptae. Terra mota est, petra scissae sunt, caeli sidera Matris virginis distillarunt aquis: sed nunquam viso acificio doloris: igitur natantes lachrymis aditanda: nabium oculi, serenitate mirae rutilabant sicut caeli. Intrantur aquae utque ad animam obrutam fletu, verum itella vultus manentes in ordine & cursu suo. Claruit utique animae plandus, ceterum sine lachrymis amaritudine plenus. Lachrymosa describitur, atamen fletus tacetur. *Stantem lego, plorantem non lego*, ut vidimus ex Ambrosio, *Didasc. 5. num. 18*. Fletus constat vehementiore amaritudine; quippe lachryma sine lachrymarum conditione. Lachrymarum sine lachrymis acerbitate doloris; igitur sine fletu dum lachrymarum oculus, sanequam usque ad animam dolor acerbis.

2 Sedecias a Magno Nabucho capitur, ac eius iussa in Babylonem mittitur: verum prius filios eius coram illo iugulavit, & post etiam eius oculos eruit. *Filios autem Sedecias occidit coram eo, & oculos eius effudit*. Semper crudelitas exitit ingeniosa: hic pervenit quod non ultra. Erueret oculos & post occidere filios, esset blandimen vel in tractu amaritudinis; igitur oculos patris arceret ab spectaculo crudelis executionis: ceterum patra coram illo filiorum morte, oculis patrem orbare; apex videtur cruciaminum: quandoquidem Siciliani non invenere tyranni maius tormentum. Claret. Oculi non solum sunt organa in vitum, sed etiam officina lachrymarum: plectiturque Sedecias vivens cruciamine fummo, tum no crudelitate ingenio: equidem nulla maior crudelitas, quam excitare & impedire lachrymas. Solutium miseris collocatur in lachrymis, & hic sic na prevaluit doloris, tragedia coram, qui possit fundere lachrymam: siquidem cessit mors filiorum intimus dolor; adhuc in pectore maior, carere oculis in fletum, postquam viderant dadum tristissimum spectaculum. Dolor excitatur poena, & pro refrigerio lachryma: obijcitur dolor lachrymis, tanquam speculis cordis: Intendit cor guttis exprimere urgentem molestiam, verum in expressionem nec habet gutturam. Remittit versus oculos mate-

Ambros. Eius anima percussa.

4. Reg. 25. 7

Summa crudelitas, excitare, & impedire lachrymas.

riam in congruum fletum, corque patitur naufragium per refluxum: igitur cum non habeat, qua cor liquefactum fuit, lachrymarum recurfus cor in pectore praefocat. Exitum habet per oculos dolor pungens, & liquor effluens: orbisque oculis, interfectis filijs, miser acriora tormenta patitur; quippequam nullum crudeliter in diritate cognoscitur, quam cor conducere in oculos torquentem inundantem lachrymarum, & invenire simul ad exitum clausum offitium. Reprimere fletus, est tyrannidis industria; ne lachrymis ad subsidium invitetur clementia: ceterum occidere filios, & post patris effodere oculos; cruciamen dirius in subtili tyrannide: igitur non tantum prohibuit patrem mortem filiorum plorare sed etiam plorare posse.

3 Lachrymosa iuxta crucem stat Maria; sed minime lachrymans, est lachrymis plena. Lachrymae, quae mororem & caedia levant, Virginem iuxta crucem magis aggravant. Erant lachrymae sine proprietate lachrymarum: lachrymae, sed non in fletum: cumulanturque animae ploranti acriorum amaritudinem; quippe poenis fletis abfuit fletus, poenarum dulce solamen. His intelligitur, nulla in lachrymis visa lachryma, Simeonis de dolore Virginis propheta. *Tuum ipsius animam pertransibit gladius*. Gladius animae immisulus, magnum indicat vulnus. Non magnus, si plorat oculus. Ex animae dolore magna doloris acerbitas; quippe levis, si dolor quiverit mitigari per lachrymas: gladius utrobique: verum tantum gladius animae plorare velle, & non posse: igitur gladius & gladius, vulnus super animae vulnus, lachrymis uberibus excitare cordolum, & non invenire flumina exitus naturales lachrymarum. Ex homine animae vulnere: constat in planctu amaritudine animae. Fletus animae vili tribus potentijs praecedentibus Didascalij: atamen non exposita amaritudo fletus. Flevit Ezechias, ut vidimus, & copiose, quia flevit in amaritudine animae. Si ita singularis planctus, prorsum singulare vulnus. Flevit anima Ezechiae, vel flevit Ezechias amaritudine animae. Fontes lachrymarum, quibus anima exprimit internas poenas, sunt memoria doloris, intellectus & voluntas. Aliter animae lachrymae quatenus sunt a potentijs ex obiectis specibus doloris, & aliter quoties ex dolore animae sunt in potentijs. Si a potentijs, sic doloris mitigatio: si in potentijs, vehementissima in anima amaritudo: igitur si ab intellectu, voluntate, atque memoria exoritur; per in-

Eriam fletum fuit fletu.

Ioan. 19. 25

Quinam gladius in anima Virginis

Luc. 2. 35.

Quanam amaritudo in anima fletu.

Isai. 38. 15.

Discrimen fletu animae a potentijs, & in potentijs.